Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35044
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Signare me laudare te Virgo sacrata.
Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oratio

Concede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Chm Dnm nostrum. Amen.

Dominica Passionis.

Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit. Vt revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio

Interveniat pro nobis quæsumus Dne Jesu Chre, nunc et in hora mortis nostræ apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua cuius sacratissimam animam in hora tuæ passionis, doloris gladius pertransiuit. Per te Jesu Chre Salvator mundi. ~~Qui cum Patre et Spiritu Sancto~~ Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum Amen. L.